

Jillegif Nr. 11. 82

24 post Pent

(6 post Epiph. et IV Nov.)

Cher Musicien,

Voici, en retour, les photocopies
 que vous avez eu d'obligité de me faire parvenir.
 Elles sont arrivées juste à temps. Le vendredi
 soir, un des participants a pu venir en prendre
 livraison à mon bureau. J'ai pris la liberté
 de mettre quelques notes explicatives au verso.
 Il me semble que dans le R II d'origine on le
 avait le proetus de notes; ce le existe dans
 une version (Proven en Beauvais) que j'ai
 d'ailleurs recopiée dans le volume du 1^{er} demi.
 de l'Anent. A votre demande, je vous joins
 une copie du manuscrit de cet office. Pour
 ce qui est de St Jean d'Arc, je n'ai "rien au
 propre" que le 1^{er} verset. A ce propos, dans
 votre manuscrit, le 1^{er} des anciens ne comporte
 les d'Alleluia (oubliés sans doute); en outre, vous
 la mélodie pour Solus a. 1^{er} édité, comme
 pour le 1^{er} d'Arc, un fascicule pour cette
 fête de Jean d'Arc? même question sur
 le livre Cœur

J'ai regardé d'un peu plus près le
 Psalterium et ses nouveautés. Le ton 4th d'
 concerta un peu. J'y vois qu'on même un
 montage: les cantiques antérieurs (1^{er} et 2^{es})
 se traînaient un peu dans les profondeurs en

a page du volume de Jillegif Nr. 11. 82

11. 82

11. 82

Document 450
L'ancien 450
L'ancien 450

documente en. On veut de nouveau les versets
d'un tiers (en supposant toujours la possibilité réelle
en la). A la page 316 figurent 2 antécédents
qui ont un fort air de parenté. Pourquoi l'une
est-elle qualifiée de 4^e plus que l'autre reste
avec son 4 E? Je note aussi que l'ancien
Israël expulserait une partie des 2 tiers (ancien)
sans doute, contrairement aux 4 E ci-dessus,
l'a-t-on trouvée trop haute par rapport à l'ancienne
terrace; la nouvelle permet de descendre cette
antécédente un tiers plus bas. L'interprétation
des passages n'est pas facile, compte tenu
du "Et non répétition": dicat nunc Israel
(qu'il soit la terre).

Je me suis allé à Brest pour la
Toussaint et ai dû me résigner aux "fols dres"
que vous connaissez. i.e. i.e. ...

Dans l'espoir de votre voir... de de vous
lire bientôt, je reste en union de prière,

J. L.

450
et 450

450
450

Document 450
Document 450

Document 450
450

Document 450
Document 450

Orémus.

Oratio

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui gloriósæ Virgínis Matris Mariæ corpus et ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mere-rétur, Spírítu Sancto cooperánte præparásti: † da, ut cujus comme-moratióne lætámur, * ejus pia intercessióne, ab instántibus malis, et a morte perpétua liberémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

r. Amen.

v. Divínium auxiliúm máneat semper nobíscum.

r. Amen.

Deinde dicitur secreto Pater noster, Ave María et Credo.

Si post Completorium immediate sequatur Matutinum, tunc bis dicitur Pater noster, Ave María et Credo, pro fine videlicet Officii diei præcedentis, et pro initio Officii diei sequentis.

AD MATUTINUM

Pater noster, Ave María et Credo.

DOMI-NE, lá-bi-a me-a a-pé-ri-es. r. Et os me-um an-

nunti-á-bit laudem tu-am.

v. Deus, in adjutórium, ut in: I Vesperis (tono festivo), 5.

Invitatorium

JE-SUM Christum, Re-gem re-gum: * Ve-ní-te,

a-do-ré-mus.

*Chorus repetit: Jesum Christum, Regem regum: * Veníte, ado-rémus.*

Psalmus 94

VE-NI-TE, exsultémus Dómino, jubi-lémus De-o, sa-

lu-tá-ri nostro: præ-occupémus fá-ci-em e-jus in confessi-ó-

ne, et in psalmis jubi-lé-mus e- i.

Chorus: Jesum Christum.

Quó-ni-am De-us magnus Dómi-nus, et Rex magnus super

omnes de-os: quóni-am non repél-let Dóminus ple-bem su-am:

qui-a in manú e-jus sunt omnes fi-nes terræ, et al-ti-tú-di-nes


mónti-um i-pse cónspi-cit.

Chorus: * Veníte.


In sequenti Psalmi Versu, ad verba veníte, adorémus, et' proci-dámus ante Deum, genuflectitur.

Quó-ni-am ipsí-us est ma-re, et ipse fe-cit illud, et á-ri-


dam funda-vé-runt manus e-jus: ve-ní-te, ado-rémus, et pro-ci-dá-



mus ante De-um: plo-rémus co-ram Dómino, qui fe-cit nos,




qui-a ipse est Dómi-nus De-us noster; nos autem pópu-lus




e-jus, et oves pá-scu-æ e- jus.


Chorus: Jesum Christum.




Hó-di-e, si vocem e-jus audi-é-ri-tis, no-lí-te obdu-rá-re



corda vestra, sic-ut in ex-a-cerba-ti-óne secúndum di-em ten-




ta-ti-ó-nis in de-sérto: u-bi tenta-vé-runt me patres vestri, pro-




ba-vé-runt et vi-dé-runt ó-pe-ra me- a.


Chorus: * Veníte.




Quadra-gínta annis próximus fu-i gene-ra-ti-ó-ni hu-ic,



et di-xi: Semper hi errant corde; ipsi vero non cognové-runt




vi-as me-as: qui-bus jurá-vi in i-ra me-a: Si intro-fúnt




in ré-qui-em me-am.


Chorus: Jesum Christum.



Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sic-ut e-



rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sáecu-la sæcu-




ló-rum. A-men.

Chorus: * Veníte.


Cantores: Jesum Christum.

Chorus: * Veníte.

Hymnus



Æ - TERNA Imágo Al-tíssimi, Lumen, De-us, de Lúmi-ne,



Ti-bi, Re-démptor, gló-ri-a, Ho-nor, po-té-stas ré-gi-a.

Tu solus ante sácula
Spes atque centrum témporum,
Cui jure sceptrum Géntium
Pater suprénum crédidit.

Tu flos pudicæ Vírginis,
Nostræ caput propáginis,

Lapis cadúcus vértice
Ac mole terras ócupans.

Diro tyránno súbdita,
Damnáta stirps mortálium,
Per te refrégit víncula
Sibíque cælum víndicat.

Doctor, Sacérdos, Légifer	Hæc cívium beátitas
Præfers notátum sáanguine	Tuis subésse légibus.
In veste "Prínceps príncipum	Jesu, tibi sit glória
Regúmque Rex Altíssimus "	Qui scéptra mundi témperas,
Tibi voléntes súbdimur,	Cum Patrè, et almo Spírítu,
Qui jure cunctis ímperas:	In sempitérna sácula. Amen.

In I Nocturno

1. Ant.
III. a 2

E - GO autem * consti-tú-tus sum Rex ab e- o super Si- on

mon-tem sanctum e- jus, prædi-cans præ-céptum e- jus.

E u o u a e.

Psalmus 2

QUARE fremuérunt Gentes, *
et pópuli meditáti sunt iná-
nia?

Astitérunt reges teíræ, et prin-
cipes convenérunt in unum * ad-
vérsus Dóminum, et advérsus
Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum: *
et projiciámus a nobis jugum
ipsórum.

Qui hábitat in cælis, irridébit
eos: * et Dóminus subsannábit
eos.

Tunc loquétur ad eos in ira
sua, * et in furóre suo contur-
bábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex
ab eo super Sion montem san-

ctum ejus, * prædicans præcéptum
ejus.

Dóminus dixit ad me: * Fílius
meus es tu, ego hódie génui te.

Póstula a me, et dabo tibi Gen-
tes hereditátem tuam, * et pos-
sessiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * et
tamquam vas figuli confrínges eos.

Et nunc, reges, intelligite: * eru-
dímini, qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre: * et
exsultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam, ne-
quándo irascátur Dóminus, * et
pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus, *
beáti omnes qui confidunt in eo.

Glória Patri.

Anti-
phona

E-go autem consti-tú-tus sum Rex ab e- o super Si- on

mon-tem sanctum e- jus, prædi-cans præ-céptum e- jus.

2. Ant.
I. a 3

G LO-RI- A * et hó-nó-re co-ro-násti e- um, Dómi-ne:

ómn- a subje-cí-sti sub pé-di-bus e- jus. E u o u a e.

Psalmus 8

DOMINE, Dóminus noster, *
quam admirábile est nomen
tuum in univérsa terra!

Quóniam eleváta est magnifi-
céntia tua, * super cælos.

Ex ore infántium et lacténtium
perfecísti laudem propter inimícos
tuos, * ut déstruas inimicum et
ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos,
ópera digitórum tuórum: * lunam
et stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor

es ejus? * aut fílius hóminis, quó-
niam vísitas eum?

Minuísti eum paulo minus ab
Angelis, † glória et honóre coro-
násti eum: * et constituísti eum
super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pédibus
ejus, * oves et boves univérsas:
ínsuper et pécora campi.

Vólucres cæli, et pisces maris, *
qui perámbulant sémitas maris.

Dómine, Dóminus noster, *
quam admirábile est nomen tuum
in univérsa terra!

Glória Patri.

Anti-
phona

Gló-ri- a et hó-nó-re co-ro-násti e- um, Dómi-ne: ómn-
a subje-cí-sti sub pé-di-bus e- jus.

3. Ant.
V. a

E - LE-VAMI-NI, * portæ æ-terná-les, et intro- í- bit Rex

gló-ri-æ. E u o u a e.

Psalmus 23

DOMINI est terra, et plenitúdo ejus: * orbis terrárum, et univérsti qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum: * et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino: * et misericórdiam a Deo, salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium faciém Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portæ æternáles: * et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis et potens: Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portæ æternáles: * et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

Glória Patri.

Anti-
phona

E-le-vámi-ni, portæ æ-terná-les, et intro- í- bit Rex

gló-ri-æ.

Ÿ. Da-ta est mi-hi omnis po-téstas.

Ŗ. In cæ-lo et in terra.

Vel:

Ÿ. Da-ta est mi-hi omnis po-téstas.

Ŗ. In cæ-lo et in terra.

Pa-ter noster *secreto usque ad*

Ÿ. Et ne nos indú-cas in tenta-ti-ónem.

Ŗ. Sed líbera nos a ma-lo.

Absolutio

E X-AUDI, Dómi-ne Jesu Christe, preces servórum tu-órum, †

et mi-se-ré-re no-bis, * qui cum Patre et Spí-ri-tu Sancto vi-

vis et regnas in sæcu-la sæcu-ló-rum. Ŗ. Amen.

Lector:

Ÿ. Jube, domne, benedícere.

¶ *Extra Chorum, quando ab uno tantum recitatur Officium, ante singulas Lectiones Matutini atque ad Lectionem brevem Primæ et Completorii, dicitur: Jube, Dómine, benedícere; et subjungitur congruens Benedictio. Ab Episcopo autem, ultimam Matutini Lectionem cantaturo, item dicitur: Jube, Dómine, benedícere; et respondetur a Choro: Amen.*

BENEDICTIO

Benedictiónem perpétua * benedícat nos Pater ætérnus.

Ŗ. Amen.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Colossenses.

Lectio I

Cap. I, 3-23.

GRATIAS ágimus Deo, et Patri Dómini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orántes, audiéntes fidem vestram in Christo Jesu, et dilectiónem quam habétis in sanctos omnes, propter spem quæ repósita est vobis in cælis, quam audístis in verbo veritátis evangélii, quod pervénit ad vos, sicut et in univérso mundo est, et fructíficat, et crescit, sicut in vobis, ex ea die qua audístis et cognovístis grátiam Dei in veritáte, sicut didicístis ab Epáphra caríssimo consérvo nostro, qui est fidélis pro vobis mínister Christi Jesu, qui étiam manifestávit nobis dilectiónem vestram in spíritu. Tu autem, Dómine, miserére nobis.

ꝛ. Deo grátias.

Responsorium I

iii. **S**UPER só-li-um Da-vid * et super regnum e- jus se-
 dé- bit in æ- tér- num: * Et vo-cá-bi-tur nomen e- jus
 De- us, For- tis, Prin- ceps pa- cis. ꝥ. Mul-tipli-cá-
 bi- tur e- jus impé-ri- um, et pa- cis non e- rit
 fi- nis. * Et vo-cá-bi-tur.

Lector:

ꝥ. Jube, domne, benedícere.

BENEDICTIO

Unigénitus Dei Filius * nos benedícere et adjuvare dignétur.

ꝛ. Amen.


Lectio II

IDEO et nos ex qua die audívimus, non cessámus pro vobis orán- tes, et postulántes ut impleámmini agnitiónem voluntátis ejus, in omni sapiéntia et intelléctu spiritali; ut ambulétis digne Deo per ómnia placéntes; in omni ópere bono fructificántes, et crescéntes in sciéntia Dei; in omni virtúte confortáti secúndum poténtiam claritátis ejus, in omni paciéntia et longanimitáte cum gáudio grátias agén- tes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in lúmíne, qui erípuit nos de potestáte tenebrárum, et tránstulit in regnum Filii dilectiónis suæ, in quo habémus redemptiónem per sán- guinem ejus, remissionem peccatórum. Qui est imágo Dei invisí- bilis, primogénitus omnis creatúræ; quóniam in ipso cón dita sunt uni- vërsa in cælis et in terra, visibília et invisibília, sive throni, sive dominatiónes, sive principátus, sive potestates: ómnia per ipsum et in ipso creáta sunt: et ipse est ante omnes, et ómnia in ipso constant. Tu autem, Dómine, miserére nobis.


ꝛ. Deo grátias.

Responsorium II

vi. **A**- SPI-CI-E-BAM * in vi- su no- ctis, et ec-
 ce in nú-bi-bus cæ- li Fí-li- us hó- mi- nis ve- ni-
 é- bat: et da- tum est e- i re- gnum et ho-
 nor: * Et omnis pó- pu- lus, tri- bus et lin- guæ sér-
 vi- ent e- i. ꝥ. Po-té- stas e- jus, po-téstas æ- térna,



quæ non aufe-ré- tur: et regnum e-jus, quod non corrup-pé-



tur. Et omnis.

Lector:

¶ Jube, domne, benedícere.

BENEDICTIO

Spirítus Sancti grátia * illúminet sensus et corda nostra.
r. Amen.

Lectio III


Et ipse est caput córporis Ecclésiæ, qui est princípium, primogénitus ex mórtuis, ut sit in ómnibus ipse primátum tenens; quia in ipso compláuit omnem plenitúdinem inhabitáre, et per eum reconciliáre ómnia in ipsum, pacíficans per sánguinem crucis ejus sive quæ in terris, sive quæ in cælis sunt. Et vos cum essétis aliquándo alienáti, et inimíci sensu in opéribus malis; nunc autem reconciliávit in córpore carnis ejus per mortem, exhibére vos sanctos, et immaculátos, et irreprehensíbles coram ipso; si tamen permanétis in fide fundáti, et stábiles, et immóbiles a spe evangélii, quod audístis, quod prædicátum est in univérsa creatúra quæ sub cælo est, cujus factus sum ego Paulus miníster. Tu autem, Dómine, miserére nobis.

r. Deo grátias.


Responsorium III




Tu Béthle-hem Ephra-ta, * pár-vu-lus in míl-li-




bus Ju-da: ex te mi-hi egre-di-é- tur qui sit




domi-ná-tor in Isra-el: * Et e- rit i-ste Pax.




¶ Egréssus e-jus ab i-ní-ti-o, a di-é-bus æ-terni-tá-



tis: sta-bit, et pascet in forti-tú-di-ne Dó-mi-ni.*



Et e- rit Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-




rí-tu-i San-cto.* Et e- rit

In II Nocturno

1. Ant.
VII. b

SEDE-BIT * Dómi-nus Rex in æ-térnum: Dómi-nus be-ne-



dí-cet pópu-lo su-o in pa-ce. E u o u a e.

Psalms 28

AFFERTE Dómino, filii Dei: * afférte Dómino filios arietum.

Afférte Dómino glóriam et honórem, † afférte Dómino glóriam nómini ejus: * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Vox Dómini super aquas, † Deus majestátis intónuit: * Dóminus super aquas, multas.

Vox Dómini in virtúte: * vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis cedros: * et confrínget Dóminus cedros Líbani:

Et commínet eas tamquam vítulum Líbani: * et diléctus quem ádmodum filius unicórnium.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis: † vox Dómini concutiéntis desértum: * et commovébit Dóminus desértum Cades.


Vox Dómini præparántis cervos, et revelábit condénsa: * et in templo ejus omnes dicent glóriam. Dóminus dilúvium inhabitáre

facit: * et sedébit Dóminus Rex
in ætérnum.


Dóminus virtútem pópulo suo

dabit: *-Dóminus benedícet pó-
pulo suo in pace.


Glória Patri.




Se-dé- bit Dómi-nus Rex in æ-térnum: Dómi-nus be-ne-




dí-cet pópu-lo su-o in pa-ce.



VIRGA di-recti- ó-nis, * virga regni tu- i: propté-re- a pó-



pu- li . con-fi-te-búntur ti-bi in æ-térnum, et in sácu-lum



sácu-li. E u o u a e.

Psalms 44

ERUCTAVIT cor meum verbum
bonum: * dico ego ópera
mea Regi.

Lingua mea cálamus scribæ, *
velóciter scribéntis.

Speciósus forma præ filiis hó-
minum, † diffúsa est grátia in
lábiis tuis: * proptérea benedíxit
te Deus in ætérnum.

Accíngere gládio tuo super fe-
mur tuum, * potentíssime,

Spécie tua et pulchritú-dine tua *
inténde, prospere procéde, et re-
gna.

Propter veritátem, et mansue-

tú-dinem, et justítiam: * et dedú-
cet te mirabíliter délixtera tua.

Sagíttae tuæ acútæ, pópuli sub
te cadent, * in corda inimicórum
Regis.

Sedes tua, Deus, in sáculum
sáculi: * virga directiónis virga
regni tui:

Dilexísti justítiam, et odísti ini-
quitátem: * proptérea unxit te
Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ
consórtibus tuis.

Myrrha, et gutta, et cá-sia a ve-
stiméntis tuis, a dómibus ebúr-
neis: * ex quibus delectavérunt
te filiæ regum in honóre tuo.

Astitit regína a dextris tuis in
vestítu deauráto: * circúmdata va-
rietáte.

Audi, filia, et vide, et inclína
aurem tuam: * et oblivíscere pó-
pulum tuum, et domum patris tui.

Et concupíscet Rex decórem
tuum: * quóniam ipse est Dó-
minus Deus tuus, et adorábunt
eum.

Et filiæ Tyri in munéribus *
vultum tuum deprecabúntur: om-
nes dívites plebis.

Omnis glória ejus filiæ Regis
ab intus, * in fimbriis áureis cir-
cumamícta varietátibus.

Adducéntur Regi vírgines post
eam: * próximæ ejus afferéntur
tibi.


Afferéntur in lætítia et exsulta-
tione: * adducéntur in templum
Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi
filii: * constítues eos príncipes
super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui: *
in omni generatióne et genera-
tiónem.

Proptérea pópuli confitebúntur
tibi in ætérnum: * et in sáculum
sáculi.


Glória Patri.




Virga di-recti- ó-nis, virga regni tu- i: propté-re- a pópu-




li con-fi-te-búntur ti-bi in æ-térnum, et in sácu-lum



sácu-li.



PSAL-LI-TE * Re-gi nostro, psál-li-te; quó-ni- am Rex magnus



su-per omnem terram. E u o u a e.

Psalmus 46

OMNES Gentes, pláudite máni-
bus: * jubiláte Deo in voce
exsultatiónis:

Quóniam Dóminus excélsus,
terribilis: * Rex magnus super
omnem terram.

Subjécit pópulos nobis: * et
Gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hereditátem suam: *
spéciem Jacob, quam diléxit.

Ascéndit Deus in júbilo: * et
Dóminus in voce tubæ.





Psállite Deo nostro, psállite: *
psállite Regi nostro, psállite.

Quóniam Rex omnis terræ
Deus: * psállite sapiénter.



Regnábít Deus super Gentes: *
Deus sedet super sedem sanctam
suam.

Príncipes populórum congregáti
sunt cum Deo Ahraham: * quón-
iam dii fortes terræ veheménter
eleváti sunt.

Glória Patri.



Vel:





Pater noster *secreto usque ad*

ŷ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

ŕ. Sed libera nos a malo.

Absolutio



Lector:

ŷ. Jube, domne, benedícere.

BENEDICTIO

Deus Pater omnipotens, * sit nobis propítius et clemens.
ŕ. Amen.

Ex Litteris Encýclis Pii Papæ undécimi.
Litt. Encycl. Quas primas, diei 11 Decembris 1925.

Lectio IV

CUM Annus sacer non unam ad inlustrándum Christi regnum ha-
búerit opportunitátem, vidémur rem factúri Apostólico múnere
in primis consentáneam, si, plurimórum Patrum Cardinálum, Epi-
scopórum fideiúmque précibus, ad Nos aut singillátim aut commú-
niter delátis, concedéntes, hunc ipsum Annum peculiári festo Dómini
Nostri Jesu Christi Regis in ecclesiásticam liturgíam inducéndo clau-
sérimus. Ut transláta verbi significatióne Rex appellaretur Christus ob
summum excelléntiæ gradum, quo inter omnes res creatas præstat
atque éminet, jam diu communitérque usu venit. Ita enim fit, ut
regnáre is " in méntibus hóminum „ dicátur non tam ob mentis
áciem scientiæque suæ amplitúdinem, quam quod ipse est VÉRITAS,
et veritátem ab eo mortáles hauríre atque obediénter accípere necesse
est; " in voluntátibus „ item " hóminum „, quia non modo sanctitáti
in eo voluntátis divínæ perfécta prorsus respóndet humanæ intégritas
atque obtemperátió, sed étiam liberæ voluntáti nostræ id permotiÓne
instinctúque suo subjícit, unde ad nobilíssima quæque exardescámus.
" Córdium „ déniqúe " rex „ Christus agnóscitur ob ejus " supere-

minéntem sciéntiæ caritatém „ et mansuetúdinem benignitatémque ánimos alliciéntem: nec enim quemquam usque ádeo ab universitaté Géntium, ut Christum Jesum, aut amári aliquándo cóntigit, aut amátum iri in pósterum cóntinget. Verum, ut rem préssius ingrediámur, nemo non videt, nomen potestatémque regis, própria quidem verbi significatióne, Christo hómimi vindicári oportére; nam, nisi quátenus homo est, a Patre “ potestátem et honórem et regnum „ accepisse dici nequit, quándóquidem Dei Verbum, cui éadem est cum Patre substántia, non potest ómnia cum Patre non habére commúnia, proptereaqué ipsum in res creatas univérsas summum atque absolutíssimum impérium. Tu autem, Dómine, miserére nobis.

ꝛ. Deo grátias.

Responsorium IV

II.

EX-SULTA sa- tis, * fi- li- a Si- on; júbi-

la fi- li- a Jerú- sa- lem: ecce Rex tu- us vé- ni- et ti- bi

justus et Sal- vá- tor: * Et loqué- tur pa- cem Gén-

ti- bus. †. Po- té- stas e- jus a ma- ri usque ad ma- re:

et a flumí- ni- bus usque ad fi- nes ter- ræ. * Et lo-

qué- tur.

Lector:

†. Jube, domne, benedícere.

BENEDICTIO

Christus perpétuæ * det nobis gáudia vitæ.

ꝛ. Amen.

Lectio V


QUO autem hæc Dómini nostri dignitas et potestas fundaménto consistat, apte Cyrillus Alexandrinus animadvértit: “ Omnium, ut verbo dicam, creaturárum dominátum obtinet, non per vim extórtum, nec aliúnde invéctum, sed esséntia sua et natúra „; scilicet ejus principátus illa nítitur unióne mirábili, quam hypostáticam appellánt. Unde conséquitur, non modo ut Christus ab ángelis et homínibus Deus sit adorándus, sed étiam ut ejus império Hómimis, Angeli et hómines páreant et subjécti sint: nempe ut vel solo hypostáticæ uniónis nómine Christus potestátem in univérsas creatúras obtíneat. Jamvéro, ut hujus vim et natúram principátus paucis declarémus, dícere vix áttinet tríplici eum potestáte continéri, qua si carúerit, principátus vix intelligitur. Id ipsum depróptá atque alláta ex sacris Lítteris de universáli Redemptóris nostri império testimónia plus quam satis significant, atque est cathólica fide credéndum, Christum Jesum homínibus datum esse útique Redemptórem cui fidant, at una simul legislatórem cui obédiant. Ipsum autem evangélica non tam leges condidisse narrant, quam leges condéntem indúcant: quæ quidem præcépta quicúmque servárint, ídem a divíno Magístro, alias áliis verbis, et suam in eum caritatém probatúri et in dilectiÓne ejus mansúri dicúntur. Judiciáriam vero potestátem sibi a Patre attribútam ipse Jesus Judæis, de Sábbati requiéte per mirábilem débilis hómimis sanatiÓnem violáta criminántibus, denúnciat: “ Neque enim Pater júdicat quemquam, sed omne júdicium dedit Fílio „. In quo id étiam comprehénditur (quóniam res a júdicio disiúngi nequit) ut præmia et pœnas homínibus adhuc vivéntibus jure suo déferat. At præterea potestas illa, quam exsecutiÓnis vocant, Christo adjudicánda est, útpote cujus império parére omnes necéssé sit, et ea quidem denuntiáta contumácibus irrogatiÓne suppliciÓrum, quæ nemo possit effúgere. Tu autem, Dómine, miserére nobis.

ꝛ. Deo grátias.

Responsorium V

I.

O-PORTET * il- lum regná- re, quó- ni- am ómni-



a sub-jé-cit De- us sub pé- di-bus e- jus: * Ut sit
De- us óm- ni- a in ómni- bus. ¶ Cum sub-
jécta fú- e- rint il- li ómni- a, tunc et ipse Fí- li- us
subjéctus e- rit Pa- tri. * Ut sit De- us.

Lector:

¶ Jube, domne, benedícere.

BENEDICTIO

Ignem sui amóris * accéndat Deus in córdibus nostris.

¶ Amen.

Lectio VI

VERUMTAMEN ejúsmodi regnum præcipuo quodam modo et spiri-
tuále esse et ad spirituália pertinére, cum ea, quæ ex Bibliis
supra protúlimus, verba planissime osténdant, tum Christus Dóminus
sua agéndi ratióne confirmat. Siquidem, non una data occasióne,
cum Judæi, immo vel ipsi Apóstoli, per errórem censérent, fore ut
Messías pópulum in libertátem vindicáret regnúmque Israël restitúe-
ret, vanam ipse opinióne ac spem adímere et convéllere; rex a
circumfúsa admirántium multitudíne renuntiándus, et nomen et honó-
rem fugiéndo latendóque detrectáre; coram Præsíde románo edícere,
regnum suum “ de hoc mundo „ non esse. Quod quidem regnum
tale in evangéliis propónitur, in quod hómínes pœniténtiam agéndo
íngredi parent, íngredi vero néqueant nisi per fidem et baptísmum,
qui, etsi est ritus extérnus, interiórem tamen regeneratióne signi-
ficat atque éfficit; oppónitur únice regno Sátanæ et potestáti tene-
brárum, et ab ásseclis póstulat, non solum ut, abalienáto a divitiis
rebúisque terrénis ánimo, morum præferant lenitátem et esúriant

sitiántque justítiam, sed étiam ut semet ipsos ábnegent et crucem
suam tollant. Cum autem Christus et Ecclésiám Redémptor ságuine
suo acquisiverit et Sacérdos se ipse pro peccátis hóstiam obtúlerit
perpetuóque ófferat, cui non videátur régium ipsum munus utriús-
que illíus natúram múneris indúere ac participáre? Túrpiter, ceteró-
quin, erret, qui a Christo hómíne rerum civílium quarúmlibet impé-
rium abjúdicet, cum is a Patre jus in res creatas absolutíssimum sic
obtíneat, ut ómnia in suo arbítrio sint pósita. Itaque, auctoritáte
Nostra apostólica, festum Dómini Nostri Jesu Christi Regis institú-
imus, quotánnis, postrémo mensis Octóbris dominicó die, qui scílicet
Omnium Sanctórum celebritátem próxime antecédit, ubíque terrárum
agéndum. Item præcipimus, ut eo ipse die géneris humáni Sacratís-
simo Cordi Jesu dedicátió quotánnis renovétur. Tu autem, Dómine,
miserére nobis.

¶ Deo grátias.


Responsorium VI



v. **F** E-CIT nos regnum * et sa- cer- dó- tes De- o et
Pa- tri su- o: * Ipsi gló- ri- a et impé- ri-
um, in sæ- cu- la sæcu- ló- rum ¶ Ipse
est primogé- ni- tus mortu- ó- rum, et princeps re- gum
ter- ræ. * Ipsi. Gló- ri- a Pa- tri, et Fí- li- o,
et Spi- rí- tu- i Sán- cto. * Ipsi.

In III Nocturno

1. Ant.
IV. A.*



BE-NE-DICENTUR in ipso * omnes tri-bus terræ; omnes Gen-
tes magni-fi-cábunt e-um. E u o u a e.

Psalmus 71

DEUS, júdicium tuum regi da: *
et justítiam tuam filio regis:

Judicáre pópulum tuum in justítia,
* et páuperes tuos in júdicio.

Suscípiant montes pacem pópulo:
* et colles justítiam.

Judicábit páuperes pópuli, et
salvos faciet fílios páuperum: * et
humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum sole, et
ante lunam, * in generatióne et
generatióne.

Descéndet sicut plúvia in vel-
lus: * et sicut stillicídia stillántia
super terram.

Oriétur in diébus ejus justítia
et abundántia pacis: * donec aufe-
rátur luna.

Et dominábitur a mari usque
ad mare: * et a flúmine usque
ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthí-
opes: * et inimíci ejus terram lingent.

Reges Tharsis et insulæ mú-
nera offerent: * reges Arabum
et Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges
terræ: * omnes Gentes sér-
vient ei:

Quia liberábit páuperem a po-
tente: * et páuperem, cui non
erat adjútor.

Parcet páuperi et ínopi: * et
ánimas páuperum salvas faciet.

Ex usúris et iniquitáte rédimet
ánimas eórum: * et honorábile
nomen eórum coram illo.

Et vivet, et dábitur ei de auro
Arábiæ, † et adorábunt de ipso
semper: * tota die benedí-
cent ei.

Et erit firmaméntum in terra
in summis móntium, † superextol-
létur super Líbanum fructus eius: *
et florébunt de civitáte sicut fœ-
num terræ.

Sit nomen ejus benedíctum in
sæcula: * ante solem pérmanet
nomen ejus.


Et benedicéntur in ipso omnes
tribus terræ: * omnes Gentes ma-
gnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus, Deus Is-
raël, * qui facit mirabília solus:

Et benedíctum nomen majestá-
tis ejus in ætérnum: * et replébi-
tur majestáte ejus omnis terra:
fiat, fiat.

Glória Patri.

Anti-
phona



Bene-di-céntur in ipso. omnes tri-bus terræ; omnes Gentes
magni-fi-cábunt e-um.

82. 88 / 28

2. Ant.
II. D

ET ego primo-gé-ni-tum * ponam il-lum: excélsum præ
ré-gi-bus terræ. E u o u a e.

Psalmus 88, I

MISERICORDIAS Dómi-ni * in æ-
térnum cantábo.

In generatióne et generatió-
nem * annuntiábo veritátem tuam
in ore meo.

Quóniam dixísti: In ætérnum
misericórdia ædificábitur in cælis: *
præparábitur véritas tua in eis.

Dispósui testaméntum eléctis
meis, † jurávi David servo meo: *
Usque in ætérnum præparábo
semen tuum.

Et ædificábo in generatióne
et generatióne * sedem tuam.

Confitebúntur cæli mirabília tua,
Dómine: * etenim veritátem tuam
in ecclésia sanctórum.

Quóniam quis in núbibus æquá-
bitur Dómino: * símilis erit Deo
in filiis Dei?

Deus, qui glorificátur in con-
sílio sanctórum: * magnus et ter-

rribilis super omnes qui in cir-
cúitu ejus sunt.

Dómine, Deus virtútum, quis
símilis tibi? * potens es, Dómine,
et véritas tua in circúitu tuo.

Tu domináris potestáti maris: *
motum autem flúctuum ejus tu
mítigas.

Tu humiliásti sicut vulnerátum,
supérbum: * in bráchio virtútis
tuæ dispersísti inimícos tuos.

Tui sunt cæli, et tua est terra: †
orbem terræ et plenitúdinem ejus
tu fundásti: * aquilónem, et mare
tu creásti.

Thabor et Hermon in nómine
tuo exultábunt: * tuum bráchium
cum poténtia.

Firmétur manus tua, et exaltétur
déktera tua: * justítia et júdicium
præparátio sedis tuæ.

Misericórdia et véritas præcé-
dent faciém tuam: * beátus póp-
ulus qui scit jubilatióne.

Dómine, in lúmine vultus tui ambulábunt, † et in nómine tuo exsultábunt tota die: * et in iustítia tua exaltábuntur.

Quóniam glória virtútis eórum tu es: * et in beneplácito tuo exaltábitur cornu nostrum.

Quia Dómini est assúptio nostra, * et Sancti Israëel, regis nostri.

Tunc locútus es in visióne sanctis tuis, et dixísti: † Pósuí adiutórium in poténite, * et exaltávi eléctum de plebe mea.

Invéni David, servum meum, * óleo sancto meo unxi eum.

Manus enim mea auxiliábitur ei: * et bráchium meum confortábit eum.

Nihil proficiet inimícus in eo, * et filius iniquitátis non appónet nocére ei.

Et concédam a fácie ipsíus inimícos ejus: * et odiéntes eum in fugam convértam.

Et véritas mea, et misericórdia mea cum ipso: * et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus: * et in flumínibus déxteram ejus.


Ipsé invocábit me: Pater meus es tu: * Deus meus, et suscéptor salútis meæ.

Et ego primogénitum ponam illum, * excélsam præ régibus terræ.


In ætérnum servábo illi misericórdiam meam: * et testaméntum meum fidéle ipsi.

Et ponam in sáeculum sáeculi semen ejus: * et thronum ejus sicut dies cæli.


Glória Patri.




Et e-go primo-gé-ni-tum ponam il-lum: excélsam præ ré-



gi-bus terræ.



THRONUS e-jus * sic-ut sol in conspéctu me- o: et



sic-ut lu- na per-fé- cta in æ-térnum. E u o u a e.

Psalmus 88, II

SI autem derelíquerint filii ejus legem meam: * et in iudíciis meis non ambuláverint:

Si iustítias meas profanáverint: * et mandáta mea non custodíerint:

Visitábo in virga iniquitátes eórum: * et in verbéribus peccáta eórum.

Misericórdiam autem meam non dispérgam ab eo: * neque nocébo in veritáte mea:

Neque profanábo testaméntum meum: * et quæ procedunt de lábiis meis, non fáciam írrita.

Semel jurávi in sancto meo: Si David méntiar: * semen ejus in ætérnum manébit.

Et thronus ejus sicut sol in conspéctu meo, * et sicut luna perfécta in ætérnum: et testis in cælo fidélis.

Tu vero repulísti et despexísti: * distulísti Christum tuum.

Evertísti testaméntum servi tui: * profanásti in terra sanctuárium ejus.

Destruxísti omnes sepes ejus: * posuísti firmaméntum ejus formídinem.

Diripuérunt eum omnes trans-eúntes viam: * factus est oppróbrium vicínis suis.

Exaltásti déxteram deprimén-tium eum: * lætificásti omnes ini-mícos ejus.

Avertísti adiutórium gládii ejus: * et non es auxiliátus ei in bello.

Destruxísti eum ab emunda-tióne: * et sedem ejus in terram collisísti.

Minorásti dies témporis ejus: * perfudísti eum confusióne.

Usquequo, Dómine, avértis in finem: * exardéscet sicut ignis ira tua?

Memoráre quæ mea substántia: * numquid enim vane constituísti omnes filios hóminum?

Quis est homo, qui vivet, et non vidébit mortem: * éruet áni-mam suam de manu ínferi?


Ubi sunt misericórdiæ tuæ an-tíquæ, Dómine, * sicut jurásti Da-vid in veritáte tua?

Memor esto, Dómine, oppró-brii servórum tuórum * (quod con-tínui in sinu meo) multárum Gén-tium:


Quod exprobráverunt inimíci tui, Dómine, * quod exprobráverunt commutatióne Christi tui.

Benedíctus Dóminus in ætér-num: * fiat, fiat.

Glória Patri.




Thro-nus e-jus sic-ut sol in conspéctu me- o: et



sic-ut lu- na per-fé- cta in æ-térnum.




Ÿ. Ado-rábunt e-um omnes reges terræ.



Ṛ. Omnes Gentes sérv-ent e- i.

Vel:



Ÿ. Ado-rábunt e-um omnes reges terræ.




Ṛ. Omnes Gentes sérv-ent e- i.

Pater noster *secreto usque ad*


Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatió-nem.

Ṛ. Sed líbera nos a malo.

Absolutio



A víncu-lis pecca-tó-rum nostró-rum * absólvat nos omní-



po-tens et mi-sé-ri-cors Dómi-nus. Ṛ. Amen.

Lector:

Ÿ. Jube, domne, bēnedícere.

BENEDICTIO

Evangélica léctio * sit nobis salus et protéctio.

Ṛ. Amen.

Léctio sancti Evangéllii secúndum Joánnem.

Lectio VII

Cap. 18, 33-37.

IN illo témpore: Dixit Pilátus ad Jesum: Tu es Rex Judæórum? Respóndit Jesus: A temetípso hoc dicis, an álíi dixérunt tibi de me? Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

Tract. 51 in Joan. 12-13; et Tract. 117 in Joan. 19-21.


QUID magnum fuit Regi sæculórum Regem fieri hóminum? Non enim Rex Israēl Christus ad exigéndum tribútum vel exércitum ferro armándum hostésque visibíliter debellándos; sed Rex Israēl, quod mentes regat, quod in ætérnum cónsulat, quod in regnum cæ-lórum credéntes, sperántes amantésque perdúcat. Dei ergo Fílius æquális Patri, Verbum per quod facta sunt ómnia, quod Rex esse vóluit Israēl, dignátio est, non promótio; miseratiónis indicium est, non potestátis augméntum. Qui enim appellátus est in terra Rex Judæórum, in cælis est Dóminus Angelórum. Sed Judæórum tantum Rex est Christus, an et Géntium? Imo et Géntium. Cum enim dixísset in prophetía: Ego autem sum constitútus Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, prædicans præcéptum Dómini: ne propter montem Sion solis Judæis eum regem quisquam díceret constitútum, contínuo subjécit: Dóminus dixit ad me: Fílius meus es tu, ego hódie génuí te; póstula a me et dabo tibi Gentes hereditátem tuam et possessionem tuam términos terræ. Tu autem, Dómine, miserére nobis.

Ṛ. Deo grátias.


Responsorium VII



FA-CTUM est * regnum hu-jus mun- di Dómi-ni




no- stri et Chri- sti e- jus: * Et regná- bit



in sæ- cu- la sæ- cu- ló- rum. Ÿ. Ado-rá- bunt in



conspéctu e-jus u-ni- vérsæ famí- li- æ Génti- um; quó-



ni- am Dómi- ni est re- gnum. * Et regná- bit.

Lector:

ŷ. Jube, domne, benedícere.

BENEDICTIO

Divínium auxiliúm máneat semper nobíscum.

ŕ. Amen.

Lectio VIII

Tract. 115 in Joan. 18-36.

RESPONDIT JESUS: Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei útique decertarent, ut non tráderer Judæis; nunc autem regnum meum non est hinc. Hoc est quod bonus Magíster scire nos vóluit; sed prius nobis demonstránda fúerat vana hóminum de regno ejus opínio, sive Gén-tium, sive Judæorum a quibus id Pilátus audíerat: quasi propterea morte fúisset plecténdus, quod ilícitum affectáverit regnum, vel quóniam solent regnatúris invidére regnántes, et vidélicet cavéndum erat ne ejus regnum sive Románis, sive Judæis esset advérsus. Póterat autem Dóminus quod ait, Regnum meum non est de hoc mundo, ad primam interrogatióem præsídís respondére, ubi ei dixit, Tu es rex Judæorum? sed eum vicíssim intérogans, utrum hoc a semet-ípso díceret, an audísset ab áliis, illo respondénte osténdere vóluit hoc sibi apud illum fuisse a Judæis velut crimen objéctum: patefá-ciens nobis cogitatiónes hóminum, quas ipse nóverat, quóniam vanæ sunt; eisque post responsiónem Piláti, jam Judæis et Gén-tibus oppor-túnus aptiúsque respóndens, Regnum meum non est de hoc mundo. Tu autem, Dómine, miserére nobis.


ŕ. Deo grátias.

Responsorium VIII


I.

DE-CEM córnu- a * quæ vi-dísti, de- cem re- ges


sunt. Hi cum A-gno pugná- bunt, et Agnus vin- cet



il- los, * Quóni- am Dó-mi-nus do- mi-nó- rum est,




et Rex re- gum. ŷ. Regná-vit Dómi-nus De- us



no-ster omní-po- tens: gaude- ámus et exsul-témus, et demus



gló-ri- am e- i. * Quóni- am. Gló-ri- a Pa-tri, et



Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i San- cto. * Quóni- am.

Lector:


ŷ. Jube, domne, benedícere.

BENEDICTIO


Per evangélica dicta * deleántur nostra delícta.

ŕ. Amen.


Lectio IX de Homilia Dominicæ occurrentis.




TE De- um laudámus: * te Dómi-num confi-té- mur. Te




ætérnum Patrem omnis terra vene-rá- tur. Ti-bi omnes An-




ge- li, ti-bi Cæ-li, et u-ni-vérsæ Po-testá- tes: Ti-bi Ché-ru-bim




et Sé-raphim incessá-bi-li voce proclá-mant: Sanctus, Sanctus,
 Sanctus Dómi-nus De-us Sá-ba-oth. Ple-ni sunt cæ-li et ter-
 ra ma-jestá-tis gló-ri-æ tu-æ. Te glo-ri-ó-sus Aposto-lórum
 cho-rus, Te Prophe-tá-rum laudá-bi-lis nú-me-rus, Te Má-rtyrum
 candi-dá-tus laudat ex-érci-tus. Te per orbem terrá-rum san-
 cta confi-té-tur Ecclé-si-a, Pa-trem imménsæ ma-jestá-tis;
 Vene-rándum tu-um ve-rum et ú-ni-cum Fí-li-um; Sanctum
 quoque Pa-rácli-tum Spí-ri-tum. Tu Rex gló-ri-æ, Christe. Tu
 Patris sempí-tér-nus es Fí-li-us. Tu, ad li-be-rándum susceptú-rus
 hó-mi-nem, non horru-ísti Ví-r-gi-nis ú-terum. Tu, devícto mortis




a-cú-le-o, ape-ru-ísti credé-nti-bus regna cæ-lórum. Tu ad
 dexte-ram De-i se-des, in gló-ri-a Patris. Judex cré-de-ris
Sequens versus dicitur flexis genibus.
 es-se ventú-rus. Te ergo quæsumus, tu-is fá-mu-lis súb-ve-ni,
 quos pre-ti-ó-so sán-gui-ne redemísti. Æ-tér-na fac cum Sanctis
 tu-is in gló-ri-a nume-rá-ri. Salvum fac póp-u-lum tu-um, Dó-
 mi-ne, et bé-ne-dic he-re-di-tá-ti tu-æ. Et re-ge e-os,
 et extól-le illos usque in æ-tér-num. Per síngu-los di-es
 be-ne-dí-cimus te; Et laudá-mus nomen tu-um in sæ-cu-lum,
 et in sæ-cu-lum sæ-cu-li. Digná-re, Dó-mi-ne, di-e i-sto si-ne
 peccá-to nos custo-dí-re. Mi-se-ré-re nostri, Dó-mi-ne, mi-se-ré-re



nostrī. Fi-at mi-se-ri-córdi-a tu-a, Dó-mi-ne, su-per nos, quem-



admodum spe-rá-vimus in te. In te, Dó-mi-ne, spe-rá-vi-



non confúndar in ætér-num.

Dicto Te Deum, statim incipiuntur Laudes a Versu Deus, in adiutorium, ut infra.

In privata vero recitatione Matutinum a Laudibus separari potest; quo in casu, post Hymnum Te Deum, dicitur:

ŷ. Dóminus vobíscum.

ꝛ. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Et dicitur Oratio ut ad Laudes, 60.

Post Orationem dicitur:

ŷ. Dóminus vobíscum.

ꝛ. Et cum spírítu tuo.

ŷ. Benedicámus Dómino.

ꝛ. Deo grátias.

ŷ. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

ꝛ. Amen.

Deinde dicitur Pater noster totum secreto.

In publica vero recitatione Matutinum in Choro a Laudibus separari non potest.

